

quod eum sentire, ut debedo, valde gaudeo. De te et tua fide et pietate idem me hercule, mi Cicero, sentio quod tu, non posse tuam famam et officium sustinere ut contra eum arma feras a quo tantum beneficium te accepisse 2 praedices. Caesarem hoc idem probaturum exploratum pro 5 singulare eius humanitate habeo, eique cumulatissime satis facturum te certo scio cum nullam partem belli contra eum suscipias neque socius eius adversariis fueris. Atque hoc non solum in te, tali et tanto viro, satis habebit, sed etiam mihi ipse sua concessit voluntate ne in iis castris essem quae contra 10 Lentulum aut Pompeium futura essent, quorum beneficia maxima haberem, sibique satis esse dixit si togatus urbana officia sibi praestitsem quae etiam illis, si vellem, praestare possem. Itaque nunc Romae omnia negotia Lentuli proculo, sustineo, meumque officium, fidem, pietatem iis praesto. 15 Sed me hercule rursus iam abiectam compositionis spem non desperatissimam esse puto, quoniam Caesar est ea mente qua optare debemus.

Hac re mihi placet, si tibi videtur, te ad eum scribere et ab eo praesidium petere, ut petisti a Pompeio me quidem ad- 20 probante temporibus Milonianis. Praestabo, si Caesarem bene novi, eum prius tuae dignitatis quam suae utilitatis rationem habiturum.

3 Haec quam prudenter tibi scribam nescio, sed illud certe scio, me ab singulari amore ac benevolentia quaecumque 25 scribo tibi scribere, quod te (ita incolumi Caesare moriar!) tanti facio ut paucos aequae ac te caros habeam. De hac re cum aliquid constitueris, velim mihi scribas. Nam non mediocriter labore (ut) utrique, ut vis, tuam benevolentiam praestare possis quam me hercule te praestaturum confido. Fac 30 valeas.

7 certo O<sup>2</sup>s: -te Ωλ 16 iam Corr.; tam Ω  
quam EPδ 25 ac om. Δ 29 ut add. Man.

18 qua O<sup>1</sup>[?]RM<sup>1</sup>:  
30 fac ut v- Rbd

## C

*Scr. in itinere c. iii Non. Mart. an. 49.*

CAESAR OPPIO CORNELIO SALVTEM.

Gaudeo me hercule vos significare litteris quam valde 1 5 probetis ea quae apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro utar libenter et hoc libentius quod mea sponte facere constitueram ut quam lenissimum me paeberem et Pompeium darem operam ut reconciliarem. Temptemus hoc modo si possimus omnium voluntates reciperare et diurna victoria 10 uti, quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt neque victoriam diutius tenere praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. Haec nova sit ratio vincendi ut misericordia et liberalitate nos muniamus. Id quem ad modum fieri possit non nulla mihi in mentem veniunt et multa re- 15 periri possunt. De his rebus rogo vos ut cogitationem susci- piatis.

N. Magium, Pompei praefectum, deprehendi. Scilicet meo 2 instituto usus sum et eum statim missum feci. Iam duo praefecti fabrum Pompei in meam potestatem venerunt et 20 a me missi sunt. Si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari ut malit mihi esse amicus quam iis qui et illi et mihi semper fuerunt inimicissimi, quorum artificiis effectum est ut res publica in hunc statum perveniret.

## VIII

*Scr. in Formiano prid. Id. Mart. an. 49.*

25 CICERO ATTICO SALVTEM.

Cenantibus III Id. nobis ac noctu quidem Statius a te 1 epistulam brevem attulit. De L. Torquato quod quaeris,

9 possimus Petrarcha: -sumus Ω 17 N. ERM: CN. [Cn., GN.,  
Gneum] OP scilicet E<sup>1</sup> [vel sed: deest hic E<sup>1</sup>] O<sup>1</sup>R: scilicet et ΔC[?] 19 fabrum Δ: partium E<sup>2</sup>OR 26 III scripti: II ΣΜc<sup>m</sup>Ζ<sup>1</sup>: H.  
[vel .11.] d M: H II bd

Antonio in sua castra occurrit copiasque eius omnis delevit  
fugavit, eodemque loco ubi erat pugnatum, ad Forum Gal-  
lorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta se in  
5 castra sua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea castra rediit  
unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat quae ab  
Antonio erant oppugnatae. Sic partem maiorem suarum  
copiarum Antonius amisit veteranarum; nec id tamen sine  
aliqua iactura cohortium praetorianarum nostrarum et legionis  
Martiae fieri potuit. Aquilae duae, signa LX sunt relata  
Antoni; res bene gesta est. A. d. XVII Kal. Mai. ex castris. 10

## XXXI

*Scr. Cordubae xvii Kal. Apr. an. 43*

## C. ASINIUS POLLIO CICERONI S. D.

1 Minime mirum tibi debet videri nihil me scripsisse de  
re publica postea quam itum est ad arma. Nam saltus  
Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, 15 etsi  
nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est, tamen  
nequaquam tanta in mora est quanta qui locis omnibus  
dispositi ab utraque parte scrutantur tabellarios et retinent.  
Itaque, nisi nave perlatae litterae essent, omnino nescirem  
quid istic fieret. Nunc vero nactus occasionem, postea quam  
navigari coeptum est, cupidissime et quam creberrime  
potero scribam ad te.

2 Ne movear eius sermonibus quem, tametsi nemo est qui  
videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignus est ode-  
runt homines, periculum non est; adeo est enim invitus mihi  
ut nihil non acerbum putem quod commune cum illo sit.  
Natura autem mea et studia trahunt me ad pacis et libertatis  
cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli saepe deflevi;

2 fugavitque eodem  $\varsigma$  4 rediit  $\varsigma$ : redit  $\Omega$  6 oppugnata  
Nipperdey 7 id M: om.  $\chi$  sine M: ipsi ne (i.e. id sine)  $\chi$   
8 praetorianarum  $\varsigma$ : -ianarum  $\Omega$  10 res DH: re MV XVII Ruete:  
XII  $\Omega$ : XVI Man.<sup>4</sup> 18 scrutantur DH: -atur MV 23 movear Man.:  
-re  $\Omega$  25 adeost M: a deo V: adeo (*sed inuisus est mihi*) DH

cum vero non licaret mihi nullius partis esse quia utruberque  
magnos inimicos habebam, ea castra fugi in quibus plane  
tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum; com-  
pulsus eo quo minime volebam, ne in extremis essem, plane  
5 pericula non dubitanter adii. Caesarem vero, quod me in 3  
tanta fortuna modo cognitum vetustissimorum familiarium  
loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide. Quae mea  
sententia gerere mihi licuit ita feci ut optimus quisque ma-  
xime probarit; quod iussus sum eo tempore atque ita feci ut  
10 appareret invito imperatum esse. Cuius facti iniustissima  
invidia erudire me potuit quam iucunda libertas et quam  
misera sub dominatione vita esset.

Ita, si id agitur ut rursus in potestate omnia unius sint,  
quicumque is est, ei me profiteor inimicum; nec periculum  
15 est ullum quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Sed 4  
consules neque senatus consulto neque litteris suis praec-  
ceperant mihi quid facerem; unas enim post \*\*\* Id. Mart.  
demum a Pansa litteras accepi, in quibus hortatur me ut  
senatu scribam me et exercitum in potestate eius futurum.  
20 Quod, cum Lepidus contionaretur atque omnibus scribebat  
se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit; nam  
quibus commeatisbus invito illo per illius provinciam legiones  
ducerem? aut si cetera transisset, num etiam Alpis poteram  
transvolare, quae praesidio illius tenentur? Adde hoc quod  
25 perferri litterae nulla condicione potuerunt; sescentis enim  
locis excutiuntur, deinde etiam retinentur ab Lepido tabel-  
larii. Illud me Cordubae pro contione dixisse nemo vocabit  
in dubium, provinciam me nulli nisi qui ab senatu missus  
venisset traditurum. Nam de legione tricesima tradenda  
30 quantas contentiones habuerim quid ego scribam? qua  
tradita quanto pro re publica infirmior fuerim futurus quis

1 utruber- M: utrob-  $\chi$  9 probaret Stroth 17 post del. Sh. Bailey;  
lacunam indicavi 19 senatu MV: -ui M<sup>2</sup>DH 27 nemo  $\varsigma$ : ne  $\Omega$   
29 traditurum DH: -ram MV 30 contentiones Man.<sup>2</sup>: contiones  $\Omega$   
31 fuerim fut- M: fut- fuerim  $\chi$

- 36 'Quare ego ita censeo: quom nefario consilio sceleratum ciuium res publica in maxima pericula uenerit, iique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum conuicti confessique sint caedem, incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in ciuis patriamque para- 5 usse, de confessis, sicuti de manfestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumundum.'
- 53 Postquam Cato adsedit, consulares omnes itemque senatus magna pars sententiam eius laudant, uirtutem animi ad caelum ferunt, alii alios increpantes timidos 10 uocant. Cato clarus atque magnus habetur; senati decre- tum fit sicuti ille censuerat.
- 2 Sed mihi multa legenti, multa audienti quae populus Romanus domi militiaeque, mari atque terra praeclara facinora fecit, forte lubuit attendere quae res maxume 15 3 tanta negotia sustinuisse. Sciebam saepenumero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse; cognoueram paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus, ad hoc saepe fortunae uiolentiam tolerauisse, facundia 4 Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. Ac mihi multa agitanti constabat paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse, eoque factum uti diuitias 5 paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed post quam luxu atque desidia ciuitas corrupta est, rursus res publica magnitudine sui imperatorum atque magistratu- 25 mium uitia sustentabat ac, sicuti effeta parentum<sup>t</sup>, multis tempestatisbus haud sane quisquam Romae uirtute magnus 6 fuit. Sed memoria mea ingenti uirtute, diuorsis moribus

<sup>1</sup> ego ita censeo *VPB*<sup>2</sup>: ego ita censeo ego *B*<sup>1</sup>: ita censeo ego *rell.*: ego del. *Selling*, *fort. recte* (*cf. 51. 43, H. 1. 77. 22; quo referatur Eupraph. Ter. Eu. 1072* quare ita censeo *incertum*) <sup>2</sup> maxima] summa *V*  
<sup>11</sup> senati *PA<sup>1</sup>N<sup>1</sup>D*, *Don. Ter. Hec. 356*, *Char. i. 143. 14*, *Prisc. ii. 258. 6*: -tus <sup>12</sup> sicuti δ: sicut *rell.* <sup>25</sup> sui *Aug. Ciuit. 5. 12*: sua ω <sup>26</sup> effeta parente σ: (*esset*) effeta [parentum] *Wirz*: effeta parentum ⟨ui⟩ *Ritschl*: effeta (*esset*) pariundo (partu) *Kurfess* *Kunze*

fuere uiri duo, M. Cato et C. Caesar. Quos quoniam res obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possum, aperirem.

5 Igitur iis genus aetas eloquentia prope aequalia fuere, <sup>54</sup> magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii. Caesar <sup>2</sup> beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate uitiae Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic seueritas dignitatem addiderat. Caesar dando <sup>3</sup> subleuando ignoscendo, Cato nihil largiundo gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies. Illius facilitas, huius constantia laudabatur. Postremo Caesar in animum induxerat laborare, <sup>4</sup> uigilare; negotiis amicorum intentus sua neglegere, nihil denegare quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouom exoptabat ubi uirtus enitescere posset. At Catoni studium modestiae, decoris, <sup>5</sup> sed maxime seueritatis erat; non diuitiis cum diuite neque <sup>6</sup> factione cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum <sup>20</sup> modesto pudore, cum innocentia abstinentia certabat; esse quam uideri bonus malebat: ita, quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur.

Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam <sup>55</sup> discessit, consul optumum factu ratus noctem quae instabat antecapere, ne quid eo spatio nouaretur, triumuiros quae [ad] supplicium postulabat parare iubet. Ipse praesi- <sup>2</sup> diis dispositis Lentulum in carcerem deducit; idem fit ceteris per praetores. Est in carcere locus, quod Tulianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad laeum, <sup>3</sup> circiter duodecim pedes humi depresso; eum muniunt <sup>4</sup> undique parietes atque insuper camera lapideis fornicibus

<sup>3</sup> possum *PD<sup>1</sup>I*: possem *rell.*

<sup>11</sup> erat *om. H<sup>1</sup>DF<sup>1</sup>*

<sup>15</sup> dono] bono *A<sup>1</sup>NK<sup>1</sup>* <sup>22</sup> illum magis *Aug.* illum αδ<sup>F<sup>2</sup></sup>: illum

*A<sup>2</sup>βγ* sequebatur *s*, *Aug.*: adsequebatur ω <sup>23</sup> sententiam

*Catonis δF* <sup>26</sup> ad *eras. BK* <sup>29</sup> descendenter *s*

ἀντιστρατήγω[ι ὄντι. 4 Ὁ δ]ὲ δ[ῆ]μος τῶι αὐτῶι ἐνιαυτῶι ἀμφοτέρων [τῶν ὑπάτων ἐν π]ολέμῳ πεπτω[κ]ό-[τ]ων ἐμὲ ὑπα[τον ἀπέδειξ]εν καὶ τὴν τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἔχον[τα ἀρχὴν ἐπὶ] τῇ καταστάσει τῶν δ[η]μοσίων πρα[γμάτων] ε[ἰλ]ατ[ο.]

2. [Τοὺς τὸν πατέρα μου φονεύ]σ[αν]τ[α]ς ἔξωρισα κρί[σεσιν ἐνδί]κοις τειμω[ρ]ησάμε[ν]ος αὐτῶν τὸ [ἀσέ-βημα κ]αὶ [με]τὰ ταῦτα αὐτοὺς πόλεμον ἐ[πιφέροντας τῇ πα]τ[ρ]ο[ι]δὶ δις ἐνείκησα παρατάξει.

3. 1 [Πολέμους καὶ κατὰ γῆν] καὶ κατὰ θάλασσαν ἐμφυ[λίους καὶ ὁθνείους] ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ πολ[-λάκις ἐποίησα, νεικ]ήσας τε πάντων ἐφεισάμην [τῶν ἰκετῶν πολειτῶν. 2 Τ]ὰ ἔθνη, οῖς ἀσφαλὲς ἦν συν[γνώμην ἔχειν, ἔσωσα μ]ᾶλ[λον] ἢ ἔξεκοψα. 3 Μυριάδες Ψωμαίων στρατ[εύ]σ[ασ]αι ὑπ[ὸ τὸν ὄρκον τὸν ἐμὸν ἐγένοντ[ο] ἐνγὺς π[εντήκ]οντ[α]· [έ]ξ ὧν κατή[γ]αγον εἰς τὰς ἀπο[ι]κίας ἢ ἀ[πέ]πεμψα εἰς τὰς] ἴδια[ς πόλεις]

ἀντιστρατήγω[ι We Pu : ἀντιστρατήγωι Vo ἀντι στρατηγο[ῦ Mo Ga || 4 ὄντι. Ὁ δ]ὲ Di : ὄντι δ]ὲ Do Kai ap. Mo || [ἐν π]ολέμῳ Ko We cet. : [ὑπάτων π]ολέμῳ Mo || ε[ἰλ]ατ[ο] We cet. : ε[ἰσ]ατ[ο] Mo Kai 2. [πατέρα μου We \*148 Vo Pu : [πατέρα τὸν ἐμὸν Mo Ga || [ἀσέ-βημα Mo Vo Ga : [ἀδίκημα Ki δρᾶμα We Go<sup>5</sup> Ri Pu 3. 1 ὁθνείους] Ki Vo Ri : ὁθνείους We Pu ἔξωτικοὺς] Mo Go<sup>5</sup> Ga || πολ[λάκις Bo<sup>2</sup> Ga Vo Pu : πολ[λοὺς Mo πολλ[λαχῆ] We || [τῶν ἰκετῶν Hi cet. : [τῶν περιόντων Mo Kai [τῶν ζώντων Ki We || 2 συν[γνώμην ἔχειν Mo Ga Vo Pu : συν[γιγνώσκεσθαι We Ri || 3 ἴδια[ς πόλεις] ἐκ[πληρωθέντων τῶν] ἐνιαυτῶν τῆς] στρατείας μυριάδας δλ[ήγω] ... ἔδωκα S d'apr. We : ἴδια[ς πόλεις] ἐκπλ[ηρωθέντων τῶν] ἐνι[αυτῶν τῆς] στρατείας μυριάδας δλ[ήγω] π[λείους] ἢ τριάκοντα καὶ αὐτο[ι]ς πᾶσιν ὅτρι[ον]ς] ἔμ[έρισ]α ἢ [χρήματα ἀντὶ δωρεῶν στρατείας] ἔδοκ[α.] Vo Ri Pu d'apr. We ἐκ[λυμένας μυριάδας πολλῷ πλείους] ἢ τριάκοντα καὶ πάσαις αὐταῖς ἢ ὅγρους ἐμέρισα ἢ χρήματα τῆς στρατείας δωρεὰν ἔδωκα Di Ga ἴδια[ς πόλεις] ἐκ[λυμένους ...] Mo.

4. Le Peuple quant à lui m'élu la même année consul, après que les deux consuls étaient tombés à la guerre, et triumvir chargé de la restauration de la République.

consulibus prōuidere iussit. 4 P]opulus autem eodem anno me consulem, cum [consul uterqu]e in bel[lo ceci]-disset, et triumvirum rei publicae constituend[ae creauit].

2. Qui parentem meum [trucidauer]un[t, eo]s in exiliū expuli iudiciis legitimis ultus eorum [fa]cīn[us, e]t postea bellum inferentis rei publicae uici b[is a]c[ie].

3. 1 [Be]lla terra et mari c[ui]ilia ex]ternaque toto in orbe terrarum s[aepe gessi] uictorque omnibus u[eniam petentib]us ciuib[us] peperc[er]i. 2 Exte[rnas] gentes, quibus tuto [ignosci potui[t, co]nsueraue quam excidere ma[li]u.] 3 Millia ciuium Roma[no]rum [sub] sacramento meo fuerunt circiter [quingen]ta. Ex quibus dedu[xi in coloni]as aut remisi in municipia sua stipen[dis emeri]tis millia

pro[uide]re iussit] cet. : pro[uiden]dum [censuit] Ra-Pre || 4 [consul uterqu]e At : [co(n)s(ul) uterqu]e in bel[lo Mo cet. || constituend[ae creauit] cet. : constituend[ae caussa creauit] Ma

2. [trucidauer]un[t En Ko Ra-Pre We : [necauer]un[t Go<sup>2</sup> [interficer]un[t Mo [occider]un[t Mo<sup>1</sup> Be || [fa]cin[us Mo cet. : [sa]cri[legium Lu

3. 1 s[aepe gessi] Bo<sup>2</sup> cet. : s[uscep]i Mo We s[aepe ini] Ma || u[eniam petentib]us Hi Di Ra-Pre Ga Vo : u[ita superantib]us En We [superstib]us Mo Ca || 3 [sub] sacramento Ha Ra-Pre Ga Vo : [in] sacramento Mo<sup>1</sup> [adacta] sacramento Mo.

2. Ceux qui ont assassiné mon père, je les envoyai en exil, et je vengeai leur crime en vertu d'actions judiciaires conformes à la loi. Et quand après cela, ils firent la guerre à la République, je les ai vaincus deux fois en bataille rangée.

3. 1. J'ai fait souvent des guerres sur terre et sur mer, civiles ou extérieures, dans le monde entier, et après la victoire j'ai épargné tous les citoyens qui demandaient grâce. 2. Quant aux peuples étrangers à qui on pouvait pardonner en toute sécurité, j'ai préféré les conserver que les exterminer. 3. Environ cinq cent mille citoyens m'ont prêté le serment militaire. De ceux-ci, j'en ai établi dans des colonies ou renvoyé dans leurs muni-